



**R.D. Iacobi Merchantii Vitis Florigera**

**Merchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

48. In Festo Nativitatits B. M. Virginis Tripartita. Nativitas tua Dei genitrix  
virgo gaudium annunciat universo mundo, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](#)

sic omnes obaudient. Tertius probat suam propositionem de mulieribus & veritate. De mulieribus quidem, quia magnum est Rex in potestate sua, inquit, & tamen vidi concubinum Regis sedentem iurta Regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite ejus, & imponentem sibi, & palmis cædebat Regem de sinistra manu. Et Rex intuebatur eam, & si arriseret ei, ridet; si indignata fuerit, blanderitur. An non ergo sunt fortiores mulieres? Tandem addit: Sed fortior omnibus veritas. *Omnis terra* invocat veritatem, *exclusum istam eam benedicit, & non est cum ea quicquam iniquum, iniquus Rex, nisi qua souliers, & filii hominum, a opera enrum. Veritas manet & inviolabit in eternum, & vivit, & obtinet in scula faculorum. Benedictus Deus veritas Ita postremò ille.*

Foris 78.

sculpi.

An non hæc propositiones singulare, hic locum habent? Primo, quidem cernitur quam forte sit vinum, quod Regis mentem sic seducit, ut dimidiam partem Regni date paratus sit propter latrationem, ut iusjurandum iniquum adjiciat per miram temeritatem. Cum incaluit est metro, omnia hæc peraguntur, ut narrat textus Evangelicus. O vinum, quam sepe invenit dementas, & quam iniquè dominaris! Loth in incepsum præcipitas, denudas Noë, Absalonem in fratrem Ammon armas, Holofernem exarmas, Herodem ad imum impunitas deducis. Verè, foris est vinum, prævalens his qui libunt illud!

Foris Regis.

sculpi.

Secondo, cernitur hic quam fortis sit Rex, in cuius ore sicut est virtus vel mortis decretum, ita ut audeat in Dei Prophetam, Præfurem, Legatum; Angelum, mitre manus, ferrumque strigere, & contra Deum pugnare: *Misso pugnatore iuste amputari caput Iomini in carcere.* Si ergo Rex dixerit, exterminare, exterminans si percurrit, percutiunt; si occidit, occidunt. O Regis forte verbū:

Mulieres

foris.

Terziò, cernitur hic quomodo fortiores sunt mulieres, ipsa enim sunt qua Regem ad facinus adeo horridum impellunt; ipsa sunt qua ejus cordi dominantur, cumque seducunt, alias subenteraudiebat Joannem.

Fonsissima

Veritas.

Quarid, cernitur, quomodo super omnia veritas prævaleat enim Vino, Regi, Mulieribus. Licer Joannes sit in vinculis, vox tamen veritatis non affligatur, nec carcere clauditur. Licer morti addicatur, mortem non timet, nec regiam potestatem, nec viñi luxuriam, nec mulieres infidias. Triumphant in eo Veritas, hubens pro ea caput offert Præco Veritatis. Iniquum est Vinum, iniquus Herodes Rex inique mulieres & opera eorum; cum Veritate non est quicquam iniquum, sed abique elama contra iniquitatem, in defecto, in palacio, in ergastulo, in convivio, in celo. Benedicetus ergo Deus Veritatis, benedictus & Præco Veritatis, qui vivit & inviolabit in scula. Hic & alios docuit state pro veritate & castitate, Mattheum, Paulum, Lamberum, Ramoldum, Stanislaus.

## IN FESTO NATIVIT. B. M. V.

Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo gaudium annun- Litter. 47.  
ciavit universo mundo, &c. tripart.

**A** pudenter quesito fuit, an dies natiuitatis la- Pars I.  
ritia sit celebrandus, an potius luctu. Primum Hominum opiniones fecuti sunt nonnulli, de quibus sacris in nativitate eloquisi sunt, qui rata solenitate opiparis. *tecessit de-*  
*que convivis diem suum natalem celebrant, non plurauit.* solum amicos, sed etiam sibi famulantes ad genitam plausum quotannis invitantes.

Sic dicitur: *Dies tertius natalitius Pharaonis erat, Gen. 40.* qui faciens, grande convivium pueri suis, hoc est famulus, recordatus est Magistri pincernarum & piporu- rum Principis.

Rufus, in die natalis Regis Antiochi (qui ficeret Mar. 5. habebatur) sacrificia offerabantur, & cum Liberi sacra celebrabantur, cogabantur Iudei bedens coronis Libero circuere. Fiebant utique sacrificia Baccho, & multa ebrietate ac libidine ei litare tunc mos erat, circumeuendo urbem cum Hederæ coronis, quia Hedera Bacchus arbor fera erat. Hæc ergo erant Bacchanalia & Liberalia, à Baccho seu Libero. Deo sic dicta.

Denique Herodes natalis sui coronat fecit Principis, & Tribunis, & primis Galilæis; introducensque est Filia Herodiadis, ut saltaret coram te- cumbentibus.

Alteram opinionem, luctu scilicet potius quam gaudie profugendum dicim nativitatis, secuta sunt aliquæ nationes. Sic Thraci soliti feruntur infanticum nativitates planctu & lessu celebrare, fuenata vero lætitia & tympanis. Huic etiam opinione videantur suffragari sacra loquuntur. Nam Ecclesiastes disertè pronunciat: *Melior est dies mortis, die nati- vitudinis.* Neimpe natalitius dies in turbulentum hujus viræ pelagus nos inducit, ubi draco latibulum suum poluit; transitus vero dies ex studio circumno- nos educit. Sed & ipsi infantes doceri videntur natalem diem non convivio agendum, sed fleu- Quare enim in lucem producentes à ploratu incipiunt, inquit S. Augustinus ser. 24. de verbis Apo- stoli. Respondet: *Quando plorat nascens, propheta sua calamitatem est; lacryma enim res est sua miseria.* Non dum loquitur, & proponit. Quid propheta in labore se suorum vel timore. Et si bene viserit, & justus fuerit, cor ei in medio possumus tentationibus semper timebit. Ita illle. Neque minus Regum aut principum lugenda natalitas quam aliorum, quia ut ipse faciet Salomon: *Nemo ex Regibus aliud ha- buit natiuitatis initium, quam à floru.* Sum ego, inquit ipse, mortale homo simili omnibus, & ex genere illius quis prior factus est: & similiter factam deci- terram, & primam vocem similem omnibus emis plorans. Merito deplorandum est gravis jugum, quod incipit in uterum filii Adæ à deo exitus de ventre matris, elque in diem separatur, ab eo qui vespissus Est. 40. purgata.

*purpura & hyacintho, & portas coronam, sive ad eum, qui sedet in cinese, & vestitur in lino crudo. Si hominem naturam videntur, & in nuda humo, natali die abiecitur vagitus & ploratum; si ab hoc locis rudimenta vincula excipiunt, & omnia membrorum nexus, qualis dementia eorum qui ab his initis existimant se ad superbiem & voluparem genitos?*

*Dicitam quoque opinionem secutus videntur virtus sancti, qui ut dicit Origines, Levit. 12. Nemo ex omnibus sanctis inventur diem festum vel convivium magnum egisse in die Natalis sui. Abraham celebrasse non legitur nativitatem sui Isaac aliquo convivio; sed ecclie grande convivium in die ablationis dicitur. Celebrant sancti ablationem, quando feliciter mundi voulipas velut lac vitofum repudiat. Job lamentatur diem nativitatis, sicut speclando arumnas quas afferat, simulque peccatum originale, & alia mala quibus homines involvitur miserabilitate & deplorandae. Maledicere ergo non aliud est quam dicere infelicem, & graviter de eo conqueri, tanquam arumnatum omnium originis die. Quod si sancti ita conqueri potuere, quid de impiis?*

*Certe non potest celebrari nativitas hominum eum secutitate gaudii, quia de multis verum est quod de ino: *Melius ei foret, si natus non esset homo ille.* Quando considero in conceputo Cain Matrem Eram gaudentem & dicentem: *I'osedi hominem per Deum;* cogor dicere: O Eva, si scires hunc filium tuum a deo forte infelitem, ac tandem ex parte Dei reprobandum, non lataretis vel in conceptu, vel in partu, nec dices: *Possedi hominem per Deum.* Quan-*

*do considero Abrahonem edutum in mundum; quia filius est Regis speciosus, & vultus amabilis, video multos in ejus nativitate gaudentes. Sed, cheu! quot arumnas inuitul Patri, quot arumnas & fibi nunquam finiendas? Eheu, quam infelix nativitas! *Melius foret, si natus non esset homo ille;* melius inquam, quam aeternum lugere. Sic maledicti jam Cham, & reprobi Iunelis deploranda potius fuerunt nativitates, quam celebrandas. Multi quoque parentibus filii sunt Benoni, id est, *fili' doloris;* crucis & arumnas intolerabiles ei patiuntur; ideoque luctu digna eorum & nativitas est & vita. Propterea dixit Sapiens: *Ne jacundera in filii' inquis, si multiplicentur; nec oblesceris, si non est timor Dei in illis.* Utile est mori fine filius quam impios post se relinqueret.*

*Sed nunquid infelissima fuit nativitas & Pharaonis & Antiochi & Herodis, quas quotannis celebres fuisse luxu & plausu, sacra eloqua commemo- rant? Profecto cum infelissimum fuerit eorum exitus est vita, qua ratione nativitas dici potest beatissima? Quinimodo, recte facio textu, Pharaon & Herodes, dum diem natalis sui festivis celebrant gaudis, uterique infusa auctoritate festivitatem suam sanguine & crudelitate fecerunt. Nam Pharaon eo die Pittorum Principem suspendi iussit. Herodes infamis fecerunt Baptistam interemit, & caput cruentum eos veteres.*

ff. 2 Finxe.

*inter fetcula in conviviam inferni inaudita feritate voluit.* Interim, dico ut suum natalem quotannis celebrent: consuendum est Christianis omnibus. Non id quidem convivia cum lexu instruendo, sed ad convivium Eucharisticum cum pietate accedendo. Quid est Eucharisticum epulum, nisi epulum quod librandi,

*Natalis eiusque dies quarto modo celebrandi.* in gratiarum actionem pro omnibus beneficis est institutum? Recurrente ergo natali die Eucharisticam sumendo, gratias agat Christianus pro beneficiis, quae a momento in monumentum a Deo accipit jam ab exordio vita. Gratias agat de beneficio baptizanti & vocacionis ad fidem, de beneficio toties in vita perceptorum Sacramentorum divinorum, per quae a peccatis emundatur, de beneficio lucis gratiae, de beneficiis quoque aliis particularibus, quae, nisi sit ingratis, debet agnoscere a divina manu quotidie se accipere, ram secundum animam, quam secundum corpus. Renovet quoque in die nativitatis sua devotionem particularem erga Angelum sibi ad custodiandum deputatum, & gratias agat, quod ex tunc, adhuc etiam curam ipsius agens, nocte & die non defersit. Adhuc effectum panem Angelorum sumat, & perpetuum obsequium spondeat tanta nobilitatis Angelo ad custodiandum sui missio. Hoc nimis est spiritualiter nativitatem celebrare suam, non carnaliter, & quidem magis spiritualiter, quam temporalem nativitatem.

*A*liorum nativitates si deplorandæ, Virginis PARS II. Deipara Nativitas rotæ est plena gaudiorum & id. B. M. V. eocam solemniter celebat Ecclesia, & omnes ad Nativitatem laeticiam adhortatur in ea.

Primo quidem, quia hæc Nativitas ab omni fuit plenaria, immunita peccato. Ecclesia aliorum etiam Sanctorum non celebra Nativitatem, sed ultimum die, celebrat vitæ corum, vocatque Nativitatem, quia in immortalitate vitam electos generat, et que suis laborum, consumatio meritorum, quiens in iunctum, victoria dies, gloriæ porta, portus appulso, veraque vita exordium. Tres tantum celebat Nativitates, Christi, Mariae, Joannis, tum ob puritatem & immunitatem a peccato originis, que in his tribus Nativitatibus reperitur; tum ob alia mysteria & privilegia. Joannes enim & Maria nascuntur ex sterilibus parentibus propter mysterium: Christus autem ex Virgine Deus & Homo super omne mysterium.

Secundo, B. Virgo non solum prodit ex utero immunita a peccato, sed etiam copiosis gratiis dominis adornata, ita ut ex tunc omnes Angelos & electos gratia supererat, & chilifinatum spiritualium munieribus superexcelluerit. Quia ex tunc electa erat Dei Mater, & sic donis hinc dignitatem (qua a finitatem cum Deo continet) proportionatis adornata fuit. Ex tuac Pandora vere dici potuit, sive omigenis donis Divorum honorata, longè posteriorie quam fistitia illa Pandora apud Ethnici-

Gen. 21.

Job. 3.

Jerem. 20.

Matt. 2. 6.

Gen. 4.

Gen. 35.

Ecccl. 16.

Gen. 40.

Marc. 6.

Fixeret enim Poëta, Pandora ita Deorum filii gratiam conciliasse, ut concordi favoris quisque eam suis certatim insigniis coronasset. Jupiter ei fulmen, Neptunus Tridentem, Mars romphæam, Vulcanus ignem, Mercurius caduceum, Apollo laurum, Bacchus Thyrsum, Pallas agidem, Cupido pharoram, Minerva librum, Venus myxum concessit. Sed & his Deorum insignis adjuncta fueruere correspondencia dona: potentia felicitet & fortitudine a Jove & Marte; sapientia & eloquentia a Mercurio & Apollone; venitatis & gratia a Junone & Venere. Sic perfectionis apicem est consecuta omni ex parte, & inde Pandora dicta, quia *Omnium omnium Deorum*, fave omni rerum genere donata, & cui omnes dona tribuerunt. Videri potest de ea re Hesiodus in sua Theogonia.

Hæc quidem figura sunt. Verum interim est, quod Virginem nostram ita divinitus favor respexit ab æterno, ut omni gratiarum genere cumularit eminentissime; neque merito Pandora dicitur. Pater enim æternus ei potentiam communicavit ad paranda miracula, & fecit ei magna qui potens est. Filius sapientiam & eminentissimum intellectus lumen ei contribuit. Spiritus sanctus claritatet & dono ei in gradu sublimissimo dedit. Addeo, Deum nihil contulisse magnum & sublimis Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Doctortibus, Martyribus, Confessoribus, Virginibus, immo Angelis & Archangelis cuiuslibet Hierarchie, quod non concesserit excellenciam Virginis. Propterea censentur omnes Sancti & electi Dei, five homines, five Angelii, perfectiones suas in MARIAM conculfisse: Seraphim, Iuueni ardorem; Cherubim, suam scientiam; Throni, suam auctoritatem, Dominationes, Potestates, Virtutes, suam preeminentiam & potestatem; Principatus, Archangeli, suam lucem & puritatem; Apostoli & Marrytes, suam ardentissimam charitatem & constantiam, Confessores, suam innocentiam & temperantiam; Virgines, suam castitoniam & integratem; Denique omnes electi, suam quilibet perfectionem. Ergo rursus meritò Pandora dicitur, Divorum omnium donis consecrata; non quod ab illis ea acceperit, sed a Deo, & quidem eminentiori quam illi gradu, quia post Christum prima est electa, & per eam certi electi dona participant, eo quod Mater Dei constituta, consequenter omnium in Christo & per Christum electorum Mater sit.

Quia porro perfectissima est in colestibus omnibus donis, ideo de ea verum est illud: Una est Columba mea, perfectissima. Quod Ruperus & alii meritò de Deipara intelligunt, quia in multis uiciis est:

1. In maternitate Dei unica est.
2. In virginitate materna singularis & una.
3. In conceptione immaculata, unica Columna.
4. In voluntate sublimitate & contemplatione, unica Aquila.

5. In sanctitatis perfectione ita unica, ut nulla pura creatura similem sit gradum asecura.

6. In virtute candore & puritate Turtur unicu[m] nullo veniali decolorata.

7. In morte, velut Phoenix, unica, amoris igne succensa.

8. In gloria unica est, particularem thronum constitvens.

Propterea de ipsa verum est illud: *Multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universalis. Opes enim spirituales gratiarum & donorum divinorum in eam Deus congregans abundanter est super omnes.* quia Mater Dei electa erat ab æterno. Et has quidem divitias jam ab utero possedit, quia *sanc[t]ificavit tabernaculum suum Altissimus manus diluc[u]to.* Quicquid sanctitatis & perfectionis undique disponitum erat in Sanctis, in eam collegit, quam *Sanctorum & sacram Tabernaculum sibi constitutæ volebat.* Sicut enim olim ad veteris Testamenti tabernaculum opes omnes omnis generis, conferabantur, aurum, argentum, lapides pretiosi, byssus, purpura, monilia; sic & fecit Deus, Tabernaculum & Sacratum sibi augustinum adaptans ex preciosis unitis opibus, non corporalibus, sed spiritualibus. Etenim & de Virgine Deipara verum est, quod de Templo pronunciatum est: *Opus grande, non enim homini habitat preparatus, sed Deo.* Sic & verum est illud S. Petri Damiani: *Attende, & vide, folium Opificem supergredi Opus istud.*

1. Part. 2.  
Tertio, non folum Virgo ex utero sanctificata, sed etiam in gratia ita confirmata, ut peccatum in eam tota vita cadere non potuerit. Hoc significans illud: *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, Deus in medio ejus non commovebitur, adjuvabit eam manu diluc[u]to.* In nimis auxilium coeleste circumdata fuit & adjuta, ut nulla commotio eam turbare fecerit, nullus concupiscentia motus in ea fuerit. O sanctificatio & gratia confirmationis soli. MARIÆ data, quia omne etiam & veniale peccatum excluderet, omnemque concupiscentiam fortem extingueret! Rursum propterea de ea dicimus, quod sit tota pulchra, tota fine macula, quodque sit Hortus conclusus: *Fons signatus: Hortus Canna-*  
*rum serpens ingredinon potuit, ut flatum venenatum immitteret: Fons ita clausus & sigillatus, ut aquam purissimam, quam continet, nemo vel pulvinulo insperge poterit. Denique, quandoquidem per Conceptionem MARIÆ & Nativitatem Prov. Sapientia sibi domum adiscibat, talen sibi domum constitutum, quam septem columnas solidarent, ne unquam vacillaret; quam coeleste tegumentum sic contegeteret, ut nec illa venialis in eam cadere valeret. Hæc est specidissima protectione MARIÆ custodiens; hæc est multiformis spiritus gratia campefectissime confirmans ex utero. Oigitur Navitas plena coeli gaudio, dum eanascitur, que tota privilegiis adoratur!*

Quarto, Virgo ab utero & in utero Marii sua probabilissime & pientissime affectus ultra rationis demata.

donata. Si enim hos Joanni concessum, ut in utero haberet intelligentiam suum, qui exultandi habebat et felicium, teste S. Ambrosio: cur id privilegii MARIE denegemus? Certè uts ratione peractum fidei & cognitionis divinae cum sit fundamentum sanctificationis & meriti, multum pertinet ad perfectio- nem sanctificationis & gratarum, id eoque non videtur Deipara denegandus, si cui mortalium sit concessus, secundum regulam S. Bernardi epist. 147. Fuit igitur ea actus fidei & amoris extimus, cum eximia contemplatione divina & gratiarum actione conjunctus. Tanquam Aquila nobilissima ex ipso nido, hoc est ex utero, in rutilantis Solis divinitatis mentis oculos fixit, ejusque intellectus iradiatus fuit colitus luce contemplacionis, ejus voluntas inflammatu ardore divinam amoris, & id quidem ab ipso conceptionis instanti. O intellectum beatissimum! O voluntatem felicissimam.

An non igitur Nativitas illius, que tantis effulger prærogativis, merito cum gaudio celebratur? Si nativitas quorundam latæ & celebri fuit, ob quædam indicia lucis, & præfigia sanctitatis futuræ quanto magis Mariae Nativitas, per quam omnis sanctitas in aliis derivatur?

Sicutela fuit S. Clare nativitas, cuius Mater Hor- tuiana nomine, Horto Ecclesie haec plantulam editura, cum non parum de partus periculo sollicita ante crucem in templo oraret, vocem sibi audiret visa est: Ne pavens mulier, salva enim lumen quoddam parturies, quod ipsum mundum clarus illustrabit. Quo edicta oraculo natam infansculam Claram apellari voluit. Sedulus in Scriphica Historia.

Sic etiam latæ fuit S. Avitii nativitas, quia in suo ortu tanto cum lumine prodire, ut obsterices ab officio deterritis coelestem splendorem aulae non fuerint intueri. Surius 17. Junii.

Similiter latæ fuit S. Subberti ortus, quia eo tempore, quo in lucem editus est, totum cubiculum splendens irradiavit, manitque irreverberatis radiis protensus, donec divinum illud pignus in lucem editum esset; quo edito, paulatim recessit. Surius 1. Martii.

Sic denique S. Caroli Borrometi ortus fuit illustris & latæ. Nam cum in arce Azoia duabus horis ante nocte ortum Solis editus fuerit in lucem, eo tempore punctus, quo nasciebatur, apparuit supra cubiculum Matris insolitus quidam fulgor, radio Solis similis, latitudine cubitorum sex, longitudine vero non minore, quam glande scelopetaria trajectores; quem patram contemplari iunt præsidarii milites, & custodes loci, aliqui plurimi. Ita habet ejus vita à variis lexicotribus edita.

Sed quanto magis ratio gaudentia in hoc Nativitate. Virginis, quandoquidem in illa die salutis nostra aurora surrexit, adducens verum Solēm iulitiae, illuminatrum eos qui in tenebris & umbrae mortis sedebant. Olæta: Nativitas tota luminosa; & serpentes, per annuncians Solis illius oratum, quem expellabant, firmansque de illo promulgo. Annuntiavit: Ipsi conteret caput suum. Gaudete Nostrum. C. 3. ff. 35 prope.

**H**æc Nativitas Deipara Virginis dicitur gaudiu- dium universto mundo annunciatæ, imo & <sup>Quia illa</sup> <sup>hæc nativ-</sup> <sup>vitas gau-</sup> <sup>dium man-</sup> <sup>cipit:</sup>

**P**rimo quidem Angelis exspectantibus restaura- tionem civitatis suæ (imminuta per eos qui exi- derant) hæc Nativitas gaudiosa fuit, quandoquidem <sup>1. Angelus</sup>

hæc Virgo electa erat, ut cooperaret hominum redemptionem, per quos numerus immensus debe- redintegrari. Hæc electa erat Reginæ colorum,

Reginaque Angelorum, cujus Angelus concep-<sup>2. Par. III.</sup>

tio nem Joachimo & Anna post longam sterilitatem

nunciata, simulque in nativitate nomes ei inden- dum indicarar; ergo Angelis ex hac nativitate gau-

dium. Quinimò piè aliqui contemplantur ab An-

gelis hanc Reginam in nativitate fuisse adoratam.

Sicutenim de Christo dicit Apostolus: *Cum intro-* <sup>Beatus.</sup>

*dicunt uterum primogenitum in orbem terrarum;* dicit:

*Et adorem eum omnes Angeli eius;* sic & de MARIA

primogenita & electa ante omnem creaturam (ter-<sup>iam Angelicam)</sup> ab eorum constitutam Reginam,

cum introduxit eam per ortum in hunc orbem ter-<sup>ram</sup>

rarum, dicere potuit: *Adorem eam tanquam Regi-*

*nam omnes Angeli.*

Certè hoc festum annus celebratissimum in Eccle-

<sup>3. Festum</sup> sia ob nativitatem Virginis Marie, ab Angelis Nativitat-

em duxisse, multi ex Historicis testantur. Sic in B. M. V.

enim rem chartant: *Dicit Nativitas Mariae alii ab Angelis*

*quando fides latuit. Contra autem, ut quidam ortu duxit,*

*vix sanctus contemplationi vacans sedale, singulis*

*annis octava Septembri jucundissimos Angelorum*

*cantus audiret; Dominumque insenserit, ut*

*sibi dignaretur indicare, cur eadie & non alia hanc*

*melodiam audiret? Tandem responsus accepit, Vir-*

*ginem Mariam ea dicit natam; de ejusque Nativi- P. Nata-*

*tate celestem Curiam solemniter celebrare. Infusus Vincens,*

*per mandatum accipit, ut id sibi Ecclesie manef in speci-*

*flare, quatenus concordes ferent cum Angelo eo die Duran-*

*festum celebrando. Cum ergo Pontifici Junno & 17. o. 8.*

*alis id inserviat, illi scripturæ & antiquæ & aliis*

*quatinus testimonios inserviant, Virginis Nativi-*

*tatem en die celebrandam universaliiter stauerunt.*

Hac illi.

Secundù, gaudium hæc Nativitas inferno annunciatæ: <sup>2. Par. b.</sup>

ciavit; quia Patres, qui in limbo (pars est inferni) in limbo.

derinebantur, quatenus ente reuecti, autoræ il-

lucescerent & Solis appropinquatis radioles pre-

sentirebantur; & hoc iacentem tui gaudii

consummandi per Christadventum, Ipsi ergo di-

ciuntur: *Leteate capitæ vestras, quia approp-* <sup>3. Litteræ.</sup>

*pinquas redemptio vestras Gaudete Adam & Eva, &*

*agnosco filiam ex ille vestras, qua vos compou-*

*stiterite vestra, a maledicio libera.* <sup>4. v. 1. n. 3.</sup>

*Nebula, prænuncians Solis illius oratum, quem*

*serpentes, per annuncians Solis illius oratum, quem*

*expellabant, firmansque de illo promulgo.*

Annuntiavit: Ipsi conteret caput suum. Gaudete Nostrum. C. 3.

progenie tua, & agnoscere idem tibi praofenam, per quam firmantur promissiones de tua immittendo ultra maledictionis diluvio terram dispergente. Gaudium tibi sit, ô Abraham! Pater fidei! Pater excellere multitudinis, quia haec de semore nostra est, & semen producet, in quo benedicentur omnes gentes. Gaudium tibi annunciatum, ô Jacob! qui haec eis stella, quae ex te ortu; immo haec est scala tua, cui Dominus instituit, per quam Angeli ascendunt & descendunt, Filio Dei descendente per eam, & per eandem nos recipiente Angelis deducuntibus. Gaudete & vos Egypciate! servitius liberatores Moyses & Aaron, quia perfectior appropinquat liberatio a servitu Dæmonis; & ecce Rubi ardentes & Virgæ vestrae florentes figura adimplerunt in hac nasciente Virgine: illa enim igneum conciperit divinitatem, & florem producet, super quem requiescit spiritus omnigena sanctitatis. Sic & alii Patribus annunciat gaudium Nativitas Mariæ, quia in ea complerunt oracula & figura his pridem ostense, dum respiratione redemtionem.

*z. Homines*  
nibus.  
*165*

Terio, gaudium annuaciat hæc Nativitas hominibus. Nam & Patribus Mariæ nouo exiguum fuit gaudium, post longam sterilitatem talem edere prolem colitus denunciatur, per Anglicanamque vocem nomine insiguitam proprio & mystico Mariæ. Merito Anna divino spiritu plena læto animo personat: Congaudet mecum, qua promissio germen ex sterili ventre peperi, & benedictione fructum uberiorum meorum, ut optaveram, nutrio. Sterilitas mea non fecit me esse infecunda indui. Congaudet mecum Anna illa bennetta adversaria, & incepitum hoc miraculum suo concilebat exemplo. Exultet Sara senilis gaudiens, menumque ab sterilitate conceptum prefigurans. Conincit simul steriles omnes, ob iustificationem eam exultare fatam. Dicant matres: Benedictus, qui orantibus id quod optabani, largius est. Sicut loquitur S. Damascenus Orat. de Nativ. Mariae, sic introducit S. Anna loquenter, & ad sibi congratulandum ac congaudentum omnes invitantem. Certe Corona parentum filii eorum, ut dixit Sapiens; meritò igitur Anna & Joachim in talis prolixi nativitate exultant, quasi novâ colitus coronâ condecorari. Merito & nos dicimus: O beatus venter, beata viscera quæ talem problem à Deo donatam portaverunt: beata ubera, quæ lactaverunt Matrem illius, qui universum nutrit mundum! Quapropter S. Damasc. iterum Orat. 1. sic inquit: O Joachim & Anna caffissimum parentum, par beatum, vobis omnia creatura obstricta est! Vero enim omnium donorum prestantissimum Creatori obstitit, nempe castam Matrem, quæ sola Creatore digna erat.

Omnibus sane hominibus gaudium annuaciat hæc Nativitas Mariæ, quæ Deum in pectoris sui capite debebat hospitio, pacem terris, eolis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis, terrenorum cum celestibus parentem, ipsius Dei cum carne comp-

mercum pro hujus hospitiis pensione promerita. Gaudii magna leges est, quod MARIA nobis nata est gratia supercessu, ut eam effundat in omnes. Gaudent igitur peccatores, quia eis ora est Mater misericordia & refugium: gaudent affliti, quia venit consolatrix afflictorum: gaudent rei & captivi, quia ipsa potens est dissolvere vincula: gaudent iusti, quia nata est Mater salutis, genitrix virtutis, inventrix gratiae, clavigera celestiam donorum, quæ dona elargitur eoposé his, qui ejus Nativitatem & festa celebrant cum debita pietate.

Sic S. Ildefonius, calitatis amator & zelator, virginitatem perpetuam Mariæ contra quandam Heliodorū, veteris Helvidii errores fulcitantem scribens & disputatione tutatus fuerat, tantæque Virginis Propugnator & Culoris ejus festa magna pietate celebrabar. Cum igitur quodam die coram altari preces funderet, apparuit Beata Virga angelus specie, templum impensis fulgor, & faciem vestem, five casulam sacrificalem preferens: dixit: En casuatu tuo sum fidei ardore conjuncta & nostra virginitatis defensio proximum ex cœlesti thesauro tibi allatum. Inter hac verba vespem illam suis manus capitl. ejus inferuit, & addit: Hac uox, filii mei, Meaque rotis anni festa celebrato Casula illa audeo servatur Oveti in Hispaniis. Ita Chronic. Hispan.

Sic quoque S. Bernardinus Virginis festa, & maius eius Nativitatem, devotissime celebrabat. Quapropter, qui ejus vitam scripta apud Surium 20. Maij. ita ait: Certe ego ipso concionem illo habente Senu de B. Virgine an. 1427. in die Nativitatis Virginis ita audiui eum dicentem: Ego Frater Bernardinus semper mirabilis deus Virginis, in die enim Nativitatis eius ego natus sum; eodem die baptizatus sum; illo ipso mafnictum habuius indai. Item eodem professus sum, & primum sacrificium obuli Deo; eodem die cupio exire ex hac vita. Hoccei conceleum non fuit, sed Deus volunt, ut vigilias Alcenfoni fidei descedenter, dum in choro caneretur: Fater manifestavi nomen tuum Ioseph. 17.

Sic & B. Alanus de Rupe, è Dominicano Ordine, facre Theologum Doctor, Virginis Maris mirè fuit adductus, eius studiis strenuus restaurator. Ipsa enim Alanus elegerat ut Rosario suo, ejus defunctorum Rosæ, seporumq[ue] interperat, per factas exhortationes virorum pristinum redderet. Quapropter & hunc in Sponfum aßmunes, ciamoris arclissimi artas donavit, annulum felicitet, è cincianis capituli sui compositum, & Rosarium unum quod ejus collo impoluit. Quibus ille amoris virginis reflectis recreatus, per quindecim annos indefesso labore cultum Virginis per Rosarium in Belgio, Gallia, Germania promovit. Arquerium lactis copiam oranti Virginem in os ei fudisse, sicut & S. Bernardo, tradidit. Quapropter cum novellus fuisse Deiparae Sponsus, (sicut ipse seipsum racite nominat in libro de Rosario seu Psalterio Virginis) ipsa die Nativitatis B. Mariae, Sponsa sua in devotione perseve-

perseverans, ex hac luce evenerat est ad celum; et in aeternitatem feliciter renatus, mercedem recipit a Virgine Deipara, ad cuius cultu annuera millia zelo ardentissimo inducerat.

**Côclufo.** O Elegram te per sanctam Nativitatem ruan, ô Beataissima Virga, Mater Dei electa, ut verum solidumque gaudium conscientie nobis impetrare, gaudium illud in quo confitentur Regnum Dei quod intra nos est. Et quia ex te ortus est ille qui solvens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem donat vitam sempiternam: Faretur & precibus tuis ut omnis a vertice nostro maleficio disperlatur, omnisque beneficio corda nostra repleat. Act tandem morte felici aeternitatis nativitatem consecuti, vitam illam possideamus, in qua te cum Filio tuo videre possumus, & in eis tuoque consortio misericordias Domini in aeternum cantare.

## IN FESTO S. LAMBERTI.

17. Sept. LECT. 48. Laudemus viros gloriosos, Parentes nostros in generatione sua, Eccl. 44.

**Exordium.** Illi hujs seculi de avris stemmaribus glorianis, solent artia sua pareantur summis imaginibus adornare, & eorum heroicis gestis bellicisque tropis, sapienter encomiis in celum usque tollere. Neque adeo eis ob uitimus, si inde stimulam ad virtutem desumant, si avito splendori & generi labem non inspargant otio degeneri. Longe vero portioritate, decet nos laudare viros jam in celo gloriosos, parentes nostros in generatione sua: Nos enim filii Sandororum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem nunquam miserentur ab eo. Illos parentes nostros secure laudamus, quinos Christo genuerunt feminae verbi Dei, doctrinaque & exemplo sancte fidei: quia nunc in celo agunt, tanquam Senatores regni, tanquam Patriae conferunt. A filiis autem hujs seculi multi laudantur in terris, quorum animae aeternum torquentur in inferis. O fors infelix! o Iaus inanis!

Inter Parentes porr̄ gloriose merito recensetur S. Lambertus, qui multos Christi filios peperit, non solum in Lodiensis ditione, sed etiam in circunviciis Provinciis & populis, quos ad fidelitatem eduxit, vel in ea confirmavit. Ideo ejus hodie festivitas & memoria cum benedictione plenisque in locis celebratur. Tu igitur, Pater sancte, qui Angelicus jam chorus interfuses, & divino altari vicitus, imperia mihi calculum Propheta, quo subiugo labiorum meorum extergatur; benedictionem imperia, ut aliquam laudem tuorum delibera valorem portionum, etiamque filiorum tuorum avidis cordibus refunderem.

Tria porr̄ in S. Patroni laudem habent explicantur: Quam gloriosus in vita, 2. Quam gloriosus in morte, 3. Quam gloriosus post mortem.

Proprietate virtutis premium est, laudis elogium. LAUS haud solida est vera, sed istola & vana, quam gloria aliunde quam e virtute procedit, aut à veti robus fuerit anima bonis. Hoc agnoverunt antiqui Sapientes, inter quos quidam he loquuntur: Si laudas virum, S. Lamb. gloria diversa est, hoc fortuna debetur. Si quia fortis, agitudo fatigabitur. Si quia nobilis, parentes ejus laudat, non ipsum: Si quia pulcher, in senectate pulchritudo Apulejus arbitrat. Sed si laudas, quia sapiens, bonus, moribus ipsum deo so- laudas, siquidem hoc nos est esse cauze pendulum, crav. nec a genitoribus hereditarium. Hoc ipsum indicat Ecclesiasticus, dum rationem afferens cur laudare conveniat: Viros gloriae parentes nostros in generatione sua, non allegat gloriam seculi, non nobilitatem aut divitias mundi, non decorum corporis aut pulchritudinem facie: sed longe sublimiores rationes in medium producit.

1. Quia per eos multam gloriam fecit Dominus, sive multa gloria operatus est, multaque magnifica: sic laus eorum in Dei laudem refunditur, quasi rivulus fontem.

2. Quia fuere homines Magni virtute, & prudenter sua pruduit, virtute prudenter fortissima verba in populus nuntiantur.

3. Quia non sectari sunt opes, aut gratiam, deincepsque inanem exterius promicantem, sed prudenter virtutem sibi sufficiere ducentes, vere sapientes cultores fuere, vera Pulchritudinum studium habentes, pacificantes in domibus suis, pacem secundum & cum suis soventes, & ad veram pacem omnes inducere conientes.

4. Quia Viri sunt misericordia, quorum pietates non defuerunt. Quare Viri misericordia? Audi ex S. Bernardo. Quia misericordiam à Deo concipi, misericordia ergo nobis à Deo datur, misericordia erga proximum fuere pleni, pietate erga Deum. Propter rursus de eis subditus Ecclesiasticus: Sapientiam eorum narrant populi, & laudis in eorum nuntiant Ecclesia, viri nomen in generationem & generationem. Nempe qui laudem terrena fugerunt, & calcarum gloriam seculi, veram nunc laudem & gloriam promiserunt, cum in celo, rum in seculo. Honor enim & gloria est velut umbra, fugile in frequentes, & fugiturne fugientes.

Lauda igitur & benedictione prosequimur celobi hoc nobis die, viros gloriae, Parentem nostrum S. Lambertum, non quia est copiosus nobilis, utique progaratus est parentibus, ex illistrati profecta Trajecti ortus; sed quia in omnitate Dei per eum gloria operatus est & magnifica: quia dives & prudenter verba hochissima populus maximam cum fratre ministrait. Denique, quia ejus pietas nunquam defecit, zelo erga Deum, exemplo erga proximum. Sed pauca ex multis in particulari de his artis gamus.

S. Lamb.

In primis, sanctitatis lignum, & in secunda ea, fratrem agnoscimus felicem in eo auspicio ostendit Deus, in immortalem ab incuncte aetate, dum vivis libet veste derulit. S. Lamb.